



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

64. Tria sunt difficilia mihi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

SYMBOLUM 64.

Tria sunt difficilia mihi.

Via aquilæ in cælo, colubri super terram, via navis in medio mari. Proverb. 30. habetur pro testimonio SSS. Trinit. in Nucleo Coppenst. Dom. Trinit.

QUæ sunt difficili peruestiganda labore,
 Enumeret Sapiens, Numinis ore, tria.
 Pressa solo colubri vestigia, qua Jovis ales
 Pervolet, a navi signa relicta salo.
 Arcanæ Triadis magis inscrutabile Numen,
 Quod laudare queas, enucleare nequis.

SYMBOLUM 65.

In duobus est contristatum cor meum, & in tertio iracundi a mihi advenit. Vir bellator deficiens per inopiam, Vir sensatus contemptus, & qui transgreditur de justitiâ ad peccatum: Deus paravit eum ad romphæam. Eccl. 26.

SI bellatoris virtus mercede negatâ
 Languet, & fiat Martis alumnus inops:
 Si quo dignus erat sapiens, orbetur honore,
 Hæc summæ Triadi causa doloris erunt.
 At qui justitiæ veneranda repagula rupit.
 Ictus ter-gemini fulminis ense ruet.

SYM-